

Ver. 847. Ἐνταῦθα δὴ σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα, Ἐπαφῶν
 ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγῶν μόνον. Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς † γεννη-
 240 μάτων Τέξεις κελαινὸν Ἐπαφον. Eraphum e Jovis tactu natum
 esse docet Noster Suppl. 318. Καὶ Ζεὺς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιλύει
 γόνον. Consentit alter Schol. ad nostrum locum: Γεννημάτων
 Διὸς λέγει περὶ τῆς ἐπαφῆς. αὕτη γὰρ ἀντὶ σπέρματος ἤρκεσεν.
 Hinc recte γεννημάτων, quod agnoscunt omnes libri, defendunt
 Vauvillerius aliique. Sed cum verba ἐπαφῶν καὶ θιγῶν μόνον non
 ad ἔμφρονα, sed ad ἐγκύμονα vel tale quid pertineant, verisimile
 est aut nonnihil post ἔμφρονα intercidisse, aut verba Ἐπαφῶν
 ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγῶν μόνον ab erudito librario in margine appo-
 sita, demum in textum irrepsisse. Quae quidem sententia fortasse
 verior est. Non enim necessarium erat ut Prometheus, cujus ser-
 mo paullo αἰνιγματωδέστερος est, rem spectatoribus satis notam
 perspicue Ioni aperiret. Displicet etiam in hoc senario subita tem-
 porum mutatio, cum vel ἐπαφήσας vel θιγγάνων dicendum esset.
 Simile vitium infra 638. sustulit B. Sed magnam licentiam in hac
 re sibi permittunt Tragici. Tale est κλύειν, ἀκοῦσαι in Coëphoro-
 rum prologo. Ceterum vocem apud Tragicos rarissimam ἐπαφῶν
 in Glossario praetermisit B.

Ver. 857. Ἦξουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους Γάμους, φθό-
 νον δὲ σωμάτων ἔξει θεός. Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνω Ἄρει †
 δαμέντων νυκτιφρουρήτω θράσει. Θηρεύοντες cod. Regius 2785.
 probante Vauvillerio. Reliqua corrupta sunt, nec quidquam mu-
 tant libri, uno excepto, qui δαμέντα habet. Δαμέντας e Pauwii
 conjectura dedit B. Ego nihil video.

Ver. 897. Ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθενίαν Εἰσορῶσ' Ἰοῦς
 γάμω δαπτομένην Δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις. Ἰοῦς με γάμω
 Aldus, unde Ἰοῦς μέγα conjecit Schutzius, post Burneium recepit B.

Ver. 900. Ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὀμαλὸς ὁ γάμος Ἄφοβος, οὐδέ-
 δια· μηδὲ κρεισσόνων Θεῶν ἔρωσ ἀφνικτον ὄμμα προσδέροικτό με.
 Ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἀπορα Πόριμος· οὐδ' ἔχω τίς ἂν γε-
 νοίμαν. Τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὄρω μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἂν. Nihil hic
 mutavit B. nisi quod ex Musgravii sententia θεῶν omisit, et post
 Burneium προσδέροικτό μ' scripsit. Ex quinque Regiis apud Vau-
 villerium, primus προσδέροικί με habet, secundus et quartus προσ-
 δέρκει με, tertius, προσδράμοι με, qui infra 993, κυμάτω habet
 pro κυκιάτω. Quintus mutilus est. Reliqui codd. προσδέροικί με,
 προσδάρκοι με et προσδέροικισθε habent. Parum dubito quin vul-
 gata scriptura προσδέροικτό με e Turnebi cerebello nata sit. Scri-
 bendum puto προσδράκοι με, fere cum Robortello, qui προσδράκη
 με edidit. προσδρακεῖν habet Noster Eum. 167. Ideo autem ple-
 nius de hujus loci scriptura dixi, quod non dubito quin hi versi-
 culi in strophen et antistrophum distribuendi sint. Strophen ita
 constituo: Ἐμοὶ διότι μὲν ὀμαλὸς ὁ γάμος, ἀφοβος, Οὐδέ δέδια